



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

11. In excelsa Sedis &c. Literæ quibus gratiæ, & privilegia à san. mem.
Clemente PP. XI. aliàs concessa Academiæ Theologicæ in Archigymnasio
Sapientiæ de Urbe erectæ confirmantur, & innovantur, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

X.

Literæ quibus gratia, & privilegia à san. mem. Clemente PP. XI. alias concessa Academia Theologica in Archigymnasio Sapientiae de Urbe erectæ confirmantur, & innovantur, aliaque plurima pro salubri ejusdem Academæ directione, praesidio, & incremento conceduntur, cum diversis ordinatio-

nibus.

Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Literariis ipsius Academæ exercitationibus, & disceptationibus sepiùs interfuerunt, relatione accepimus, Dilecti filii Academici eidem Academæ adscripti, notabiles in prædictis Disciplinis progressus jam fecerint, & in dies facere pergent, unde non obscura spes afflugeat, forte ut dicta Academia, benedicente Domino, non solum majora in posterum suscipiat incrementa, verum etiam suavissimos, uberesque fructus in Ecclesiæ Dei quandoque proferat, in eumque finem prædicti Academici pro recto, ac felici Academias hujusmodi gubernio nonnullas Constitutiones, seu Statuta, que per bonum mem. Thomam Mariam, dum vixit, ejusdem S. R. E. Cardinalem Ferrarium Sancti Clementis nuncupatum iussu Nostro revisa, & subinde approbata fuerunt, jam pridem considerint, quorum tenor est, qui sequitur videlicet.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Excelsa Sedis Apostolicæ specula constituta, illa, qua à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, ad excitanda Sacratum Literarum, & bonarum Disciplinarum studia, debitumque virtuti honorem rependendum, prudenter disposita consilio, & felici, faustoque inchoata esse noscuntur principio, prosequi, & quantum Nobis ex alto conceditur, perficere studemus, sicut omnibus matura considerationis trutinâ perpensis, rationi, ac recto ordini consentaneum fore in Domino arbitramur.

S. I. Alijs liquidem emanarunt à fel. rec. Clemente PP. XI. Prædecessore Nostro, ad favorem Academæ Theologæ nuncupata non ita pridem in Urbe institute, Literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur videlicet.

Clemens Papa XI. Ad perpetuam rei memoriam. Inscrutabili Divina Bonitatis, atque sapientia providentia ad Ecclesiæ Catholice per universum Terrarum Orbem diffusa regim, meritis licet imparibus, evecti, inter multipli-ces Pastoralis vigilante Nostræ curas, Sacrarum Literarum, ac præfertim Theologicæ Facultatis studia, per quæ depulsa ignorantia caligine mortalium mentes luce veritatis illustrantur, ad supernæ Deitatis essentiam veraciter contemplandam iter pandit, sana doctrina afferit, Catholica Fidei puritas ab Hæretibus, pravisque Dogmatibus gladio spiritus vindicata enitefecit, illiusque, & Divini Cultus propagationem, ac alijs Christianæ Reipublica commodis consulit, ubique locorum, ac præcipue in hac Alma Urbe Nostra, ex quâ Doctrina, & bonorum operum exempla in reliquias Christiani Orbis partes affidue promanant, quantum Nobis ex Alto conceditur, promovere, excitare, & confovere studemus, sicut omnibus matura considerationis trutinâ perpensis, ad Omnipotens Dei gloriam, Ecclesiæque Decus, & præsidium, ac Christifidelium utilitatem cognoscimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque alias, nempe ab ipsis Pontificatus Nostræ primordiis, quædam Academia Theologica nuncupata, in quæ plures in ea facultate versati, ac etiam Magistri, seu Doctores, aut alijs graduati ad pleniorum, & sublimiorum Sacrarum, Divinarumque rerum cognitionem aspirantes, Sanctæ Theologia, nec non Historiæ Ecclesiasticae Disciplinis præcipuum, sedulamque operam laudabiliter hactenus navarunt, & adhuc indefessi studiis nave-are non desistunt, sub auspiciis nostris, ac Nobis annuentibus in Urbe præfata erecta, seu intituta sit, eique usum loci in ædibus publici Gymnasi Sapientia nuncupati ejusdem Urbis pro suis Conventibus habendis, & functionibus peragendis, sub certis modo, & forma tunc expressis assignaverimus, & concesserimus, & faciat plurimorum præstantium Virorum testimonia, imò etiam nonnullorum ex Venerabilibus

Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Literariis ipsius Academæ exercitationibus, & disceptationibus sepiùs interfuerunt, relatione accepimus, Dilecti filii Academici eidem Academæ adscripti, notabiles in prædictis Disciplinis progressus jam fecerint, & in dies facere pergent, unde non obscura spes afflugeat, forte ut dicta Academia, benedicente Domino, non solum majora in posterum suscipiat incrementa, verum etiam suavissimos, uberesque fructus in Ecclesiæ Dei quandoque proferat, in eumque finem prædicti Academici pro recto, ac felici Academias hujusmodi gubernio nonnullas Constitutiones, seu Statuta, que per bonum mem. Thomam Mariam, dum vixit, ejusdem S. R. E. Cardinalem Ferrarium Sancti Clementis nuncupatum iussu Nostro revisa, & subinde approbata fuerunt, jam pridem considerint, quorum tenor est, qui sequitur videlicet.

Constitutiones Academæ Theologæ. Academiam Theologicam solùm illi p[ro]re volumus, qui Theologia saltē quadriennio sedulam operam navarunt. Horum ingeniū exercendū, p[ro]fidaque doctrina imbuendis bis in hebdomada scilicet feria tertia, & sexta de Sacris, Divinisque rebus disputabatur. Alternis Theologica, alterna Historica disputatio erit; identidem vero vel ad Nostræ Religionis dogmata pertinentes controversia, vel ad Sacras Literas disceptabitur. Ab exercitationibus vacatio erit à Dominica Sexagesima ad Dominicam Quadragesimam; à die Palmarum ad diem Dominicam in Albis, & à decimo sexto Kalen Octobris ad decimam quintam Kalen Decembris. Ex universa Theologia, atque Historia Ecclesiastica præcipua quaestiones à Censoribus selecte trienniū disputationibus absolvuntur: eorumdem judicio, quæ in contraria parts disputationi possunt, quæve in alteram tantum decernetur. Ordo in Theologicis ad summam Divi Thomæ; in Historicis ad seriem temporum accommodabitur. In quoque Conventu Academicus, cui id fuerit injunctum, primum ea, quæ in quaestione versantur, breviter, ac luculentiter explicabit; dūm duo cum eo solidam horam disceptando decertabunt; ille eorum argumenta, & conquistas rationes acutè refelli. & confutabit. Quilibet Academicus ex alto anno solemnem disputationem habebit; sex horas. tres ante, tres post meridiem disputationem. Omnes Academicos unum triennio saltē obibunt, & labores quæ disputationando, quæ in solemnibus disputationibus accurrunt, ad scriptum sufficienbunt: Completo triennio proximum à Censoribus locum, ac Sedem honoris ergo habebunt, de omnibus; quæ ab Academicis conciscerentur, suffragium ferent. Quicunque sex annos Academicos munia obierit, & labores subierit, inter Censores referendus. De controversiis disceptandi Censoris judicium critizans minus solemnibus, tres solemnibus disputationibus presidebunt: quid de illis sentiant, judicabunt; suffragia occulte erunt sibi Academicis à secretis nota, ut possit, cum fuerit opportunum, doctrinæ cajusque testimonium perhibere. Academicus à Secreti, qui & Censor erit, cunctis solemnibus disputationibus una cum duobus aliis Censoribus praeerit, non solemnibus, tunc cum Censore non adepte contigerit. Diem solemnibus disputationibus statuet: eum pro iis habendis designabit, quem integrum annum in Academia exigisse constabit, annum autem non dierum, sed laborum cursu metimur. Certiores faciet Censores de quaestionibus, quarum disputationibus debebunt presidere eas Academicis omnibus, adjecto die ad disputationem destinato, scriptas tradet: controversias disceptandas quolibet mense in tabella scriptas exponet, scriptoresque, qui de illis uberitis, & luculentius differunt, indicabit, Atta omnium, que geruntur conciet: Academicorum nomina in albo describet; & tempus quo adscripti fuerint adnotabit. Academicorum doctrinam, labores, Censorum judicio probatas disputationes publicis Literis pro cuiusque meritis testabitur. Ac proinde sicut memorati Academici exponi Nobis nuper fecerunt, ipsi

Baliliarium Romanum Continuatio. Pars. II.

T 1 3

non

Tenor Constitutionis Clementis XI. emanata ad favorem Academæ Theologæ.

non minus ejusdem Academie erectionem, scū institutionem, perpetuque usus loci eis, sicut premitur, assignati concessionem, quām Constitutiones, & Statuta praeinserta, quōd firmiū substant, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communici. & alias desuper Paternæ providentia Nostræ partes interponi plurimū desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut in p̄missis opportūnū provideret, & ut infīa indulgere de benignitate Apostolica dignaretur. Nos igitur, qui Academie prædictæ prosperum statum, & directionem, uberioraque incrementa sinceris exoptamus affectibus, eorumdem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, eosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac eorum singulare personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, à Jure, vel ab homine, quāvis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet inmodatè existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, erectionem, institutionem Academiae supradictæ, perpetuque usus loci ei in atib⁹ dīcti Gymnasi, ut præfetur, assignati, concessionem præfatas, nec non Constitutiones, & Statuta praeinserta, cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis auctoritate Apostolica, tenore præsentium, sine tamen Universitatis Studii Generalis ejusdem Urbis, ac cupusquam alterius præjudicio approbamus, & confirmamus, illisque perpetua, & inviolabilitate Apostolicæ firmitatis robur, & præsidium adiunimus, ac quoscumque juris, & facti defec-
tus, si qui in p̄missis quomodolibet intervererint, amplissime supplemus. Et nihilominus dictam Academiam Theologicam, quatenus opus sit, auctoritate, & tenore sumilibus itidem perpetuè erigimus, & instituimus, eique perpetuum usum loci præfati denū concedimus, & assignamus. Porro ne unquam in eadem Academia perpetuis futuris temporibus Censores, qui Academicorum disputationibus præsint, aliasque eis per Constitutiones, & Statuta praeinserta demandatas functiones obire valeant, desiderari contingat, volumus, & eadem auctoritate decernimus, ut præter, & ultra eos in ejusmodi Statutis, & Constitutionibus designatos, omnes, & singuli Sacrae Theologiae in eodem Gymnasio Lectores nunc, & pro tempore existentes, qui Collegium Theologorum inibi constituant, Officium Censorum in dicta Academia pariter obtineant: Prætereā, ut Academicī nunc, & pro tempore similiter existentes, mercedis laborum suorum aliquando recipienda spe excitati, memoratis disciplinis eo impensis, solertiisque incumbant, eodem Academicos, qui cuncta Academiae munia sedulō, ac laudabiliter adimplerent, in Dignitatibus, Personatibus, Canoniciatis, & Prabendis, aliisque Beneficiis Ecclesiasticis, ac iis præsertim, quibus cura imminet animarum, per collationem, vel electionem in cuiuscumque ipsorum Patriis respectivè providendis, aliis omnibus ceteris paribus tam in Romanā Curia, quam extrā eam præferri volumus, & mandamus; serio idcirco requiri-
entes, & momentes Venerabiles Frates Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, nec non dilectos Filios Nostros, & Apostolicæ Sedi Nuncios, ceterosque Prælatos, scū Locorum Ordinarios, ac quoscumque Beneficiorum ejusmodi Collatores, & Collatrices, ut Academicos præfatos, quorum multi exteri,

& ex diversis Nationibus existunt, cum eos in suas Regiones reverti contigerit, si se se supradictæ Academie adscriptos, in eaque diu cum laude versatos fuisse legitimis probationibus, atque in primis Literis testimonialibus Manu Secretarii ejusdem Academie subscriptis, ejusque Sigillo munitis, docuerint, in collatione eorumdem Beneficiorum, quatenus ipsi redditibus ad congruam sui substantiationem sufficientibus caruerint, aliis omnibus ceteris paribus similiter præferant; quia vero etiam nonnulli Regulares prædictæ Academie adscripti plurimum adjumenti, atque splendoris huc usque attulerunt, & ut in Domino confidimus deinceps quoque allaturi sunt, idcirco eos idem peculiari favore gratiæ prosequi volentes, earundem tenore præsentium decernimus, ut postquam iudicem Regulares Academie prædictæ adscripti, & in futurum adscribendi, de Superiorum suorum consensu, omnes Academicorum partes per sexennium recte, ac diligenter expleverint, id eis, & eorum cuilibet suffragari debet in omnibus, & per omnia, perinde ac si Sacram Theologiam in suis respectivè Monasteriis, Conventibus, scū Domibus Regularibus per triennium actu legislarent, ita tamen ut duo dumtaxat, & non plures Regulares hujusmodi ex unoquoque Monasterio, Conventu, scū Domo Regulari de Urbe præfata ubi studia vigeant, & actu Sacra Theologia legatur, à suis respectivè Superioribus deputentur, ad hoc ut Academie hujusmodi adscribi, & in ea cuncta Academicorum munera exercere valeant: iis autem transacto sexennio alii duo, & non plures subrogentur, sive de sexennio in sexennium servari debent. Demum ut ejusdem Academie conservationi, bonoque regimini, nec non Academicorum commodis, & utilitatibus uberioris consultum sit, promptumque & paratum eis suppetat præsidium, dilectos filios Nostros Joannem Baptistam Sancti Cesarei Spinulam, Joannem Dominicum Sanctæ Anastasie Paraccianum, Carolum Augustinum Sancti Augustini Fabronium, Joannem Baptistam Sancti Stephani in Monte Cœlio, Proloemum titulorum Presbyteros, nec non Annibalem Sanctæ Matræ in Cosmedin Diaconum Albanum nuncupatos, Nostrum secundum Carnem ex fratre germano nepotem prædictæ Sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinales, memoratæ Academie Protectores, & Defensores constituimus, & deputamus, quorum consilio, ope, ac patrocinio tam supradicta, quam quoscumque alia ad Constitutionum, & Statutorum præfatorum observantiam, Academicorum admissionem, & expulsionem, Secretarii, & Censorum deputationem & motionem spectantia, ac generaliter omnia & singula, qua ad salubrem Academie directionem, illiusque progressum, decus, & ornamentum tendere, & conducere videbuntur, agantur, statuantur, & ordinentur: Nos enim eisdem, ac pro tempore existentibus Protectotoribus per Nos, & Sedem Apostolicam pariter deputandis plenam, liberam, & amplam ad premissa facultatem, & auctoritatem, harum serie, tribuimus, & impartimur. Decernentes ipsas præsentes literas, ac omnia & singula premissa firma, valida, & efficacia existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illos, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabilitate observari; Sive in eisdem p̄missis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum

Palatii

Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si securus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignariter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Urbis, & Gymnasi præfatorum, ac quorundamque Ordinum Regularium etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmatae alia robور statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indulsi, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, atque de verbo ad verbum inferius habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris, die 23. Aprilis 1718. Pontificatus Nostri Anno 18. F. Cardinalis Oliverius. Loco + Annuli Piscatoris.

Fructus uberrimi in Ecclesiam ex præfata Academia permanentes laudantur.

S. 2. Cum autem Nos, qui, dum Cardinatus honore fungebamur, prædictæ Academia functionibus, & excitationibus summa cum animi Nostri jucunditate interfuimus, eamque memorato Clementi Prædecessori magnopere commendavimus, ac re ipsa adjuvare non desuimus, nunc ita disponente Dei providentiâ, qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, ad Supremi Apostolatus fastigium nullo licet ineritorum nostrorum suffragio eveniti, ac provide confidantes quantum splendoris, atque ornamenti Almae Urbi præfatae, nec non utilitatis universæ Reipublicæ Christianæ accederet, si eadem Academia novis, validioribusque præsidis constabiliatur, quorum ope firmius subsisteret; majoresque in dies progressus faceret: Sic namque multi (ut merito sperare licet) nedum in Urbe predicta, sed in alijs etiam Christiani orbis partibus degentes, qui consueto Sac. Theologiae cursu in Scholis absoluто, illius studium prorsus abscipiunt, ad hanc Academiam convolantes; Sacrorum Dogmatum, Historia Ecclesiastice, ac Scholastice Theologiae studia alaci animo prosequentes, seu aggredientes, ad Ecclesiastica munia rite, & recte obeunda in pratis idonei redherentur, priuori, solidiorique Scientiae pabulo enirerentur, & in fana Doctrina eruditæ, illam in suis respective regionibus docere, & propagare, atque adversus profanas vocum, sententiarumque hisce præfertim temporibus admodum increbescentes novitates strenue propagnare possent: Illi verò, qui censura gradu post diuturnos labores in dicta Academia adepto in eadem Urbe commorarentur collatis inter se consiliis, aut in confutandis libellis, qui nimis temeritate adversus Orthodoxæ Fidei puritatem, sanctioraque Sanctæ Romanae Ecclesie, & Sedi Apostolice iura, ac probatas, & à majoribus Nostris receptas traditiones, & Sententias passim circumferuntur, aut in vetustioribus SS. Patrum codicibus fideler evulgandis, vel novis elucubrationibus pro tempore opportunitate edendis, rem Catholicam, ac Literariam tueri, & illustrare valerent; hos proinde, aliosque ubiores ab eo qui incrementum dat, & pieces, ac vota humilium excedit, fructus ex eadem Academiam præstolantes, gratias, & privilegia ei ab ipso Clemente Prædecessore, sicut præfertur concessa ampliare, & extenderemus.

S. 3. Hinc est, quod ejusdem Academie statui, conservacioni, & incrementis opportunè prospicere, ac dilectos filios illius Academicos specialis fa-

vore gratia prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latit, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium tantum consequen harum serii absolventes, & absolutas fore cententes, præserta Clementis Prædecessoris Literas, ac omnia, & singula in eis contenta & expresa auctoritate Apostolica tenore præsentiam perpetuè approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit innovamus, & de novo concedimus, statuimus, & ordinamus illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur, & efficaciam adjungimus.

S. 4. Præterea cum, sicut accepimus, plerique ex eis qui eidem Academiz hæc tenus nomen, & operam dederunt, rei familiaris angustiæ pressi, à cœsibus absistere. & aliò studia sua convertere debuerint, plurisque ne prædictæ Academæ adscriberentur, hac ipsa de causa deterriti fuerint, indeque factum sit, quod dicta Academia optatos progressus huc usque minime facere potuerit, quin etiam timeri possit, ne tenuim decrecente Academicorum numero tandem omnino deficiat, & concidat, nisi aliquot ex benignitate Apostolica de premissis subditis fulciatur, atque sustineatur; volumus, ut partim ex illis qui actu dictæ Academie adscripti reperiuntur, partim ex iis, qui eidem adscribi cupiunt, viginti pauperes Ecclesiastici, qui saltæ per quadriennium Sacra Theologie assidue studierint, per Ven. Frates Nostros S. R. E. Cardinales ipsius Academiz Protectores nunc, & pro tempore existentes deinceps diligentur, eorumque singulis, donec alter per Nos, seu Romanos Pontifices Successores Nostros provisum fuerit, summa quinquaginta scutorum moneeta Romana per Datariam Apostolicam ex pecunia Romano Pontifici pro tempore existenti ex eadem Dataiæ obvenient, quotannis ab initio praesentis Anni incipiens, assignetur, & persolvatur, donec expletio sexennio censure gradum affecuti fuerint, ac subiuncti ali per prædictos Cardinales in eorum locum subrogentur, quibus enarrata pecunia summa itidem subministretur.

S. 5. Censores autem ipsius Academie pro tempore quoque existentes serio hortamur, & monemus, quatenus non ea tantum, quæ in ejusdem Academæ Constitutionibus sibi injunguntur, fideliter, ac sedulo adimpleant, verum etiam in errores refutandos, Ecclesiæ, & Sedi prædictæ jura assertenda, & vindicanda, ac Ecclesiasticam historiam illustrandam juxta modum, & formam sibi à nobis, vel Romanis Pontificibus Successoribus Nostris, aut Cardinalibus Protectoribus præfatis prescribendos, viribus omnibus incumbentes, Deo, & Ecclesiæ se devovere, ac jugiter deservire procurent.

S. 6. Et quia debitus Justitiae ordo exigit eos, qui Sacrum Literarum Studiis se dedunt, aliquique in Divinarum rerum Scientiâ præcellunt, condignis ab hac Sancta Sede gratiarum muneribus donari, cumque idem Clemens Prædecessor in præsertis Literis Academicis prædictis in collatione Beneficiorum Ecclesiasticorum aliis antefieri monuerit, Nos ipsius Clementis Prædecessoris vestigia sectantes, omnes, & singulos quorundamque Beneficiorum Ecclesiasticorum Collatores similiter requirimus, ut quos diutius in dicta Academâ cum laude versatos esse constiterit, alios in ejusmodi collatione, ceteris paribus præferant, præcipue verò eosdem Romanos Pontifices Successores Nostros enixè rogamus, ut secum reputantes quantopere Academia Theologica præfata Alman Urbe ornare, quoque uberes in Ecclesia Dei fru-

Subsidia pro pauperibus.

Paroches ad Centores.

Academicæ
præfertim
Censores in
Beneficio-
rum collatio-
ne antefer-
rendi.

Commen-
dandi ad va-
ria munia
ecclesiastica.

Requisita
Censorum.

Confirmatio
& subrogatio
Protectorum.

500

Etus, benedicente Domino, afferre possit, si eam maximè vigere, ac florere contigerit, in Canonicatibus, aliique Beneficiis hujusmodi conferendis, pensionibusque Ecclesiasticis reservandis, & aliis gratis impertendis, dictos Academicos, praesertim si Censores fuerint, præ oculis habere velint, prout singulorum merita postulaverint, quemadmodum nos facere non omittemus.

¶. 7. Ad hæc cum æqui bonique ratione conducere dignofatur, certis munis exercendis adhibere, qui tutum adeò Doctrina experimentum palam dederunt, maximèque deceat honoribus etiam augere, qui omni cura, ac studio ampliori sibi sapientiam compare, Academiam prædictam in publicum Ecclesiæ bonum, ac commodum colere, servare, & augere non desinunt, dimensisque sibi litterarios labores pro veritate tuenda, dictæque Sedis dignitate afferendâ ultrò suscipiant, & tolerant, eisdem Cardinalibus Protectoribus injungimus, ut quandocumque novi Philosophie, aut Sacra Theologiae Lectores publici in prædicto Gymnasio Sapientia, vel in Collegio de Propagandâ fide nuncupato de eadem Urbe constituendi venient, aut etiæ quoties novi designandi erunt in Urbe præfata Examinatores ad Confessiones, Sacros Ordines; & Beneficia, Qualificatores Officii Inquisitionis adversù hereticam pravitatem, Consultores Congregationum eorumdem Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Sacris Ritibus, Indicis librorum prohibitorum, & expurgandorum, ac Indulgentiis, Sacrisque Reliquis præpositarum, aut Examinatores Episcoporum in facultate Theologicâ; Nobis, ac Romano Pontifici pro tempore existenti commendare non prætermittant Censores Academæ prædictæ, sive Ecclesiastici Seculares, sive Regulares fuerint, idemque præsent, cum de promotione ad Episcopales, aliae Ecclesiasticas Dignitates facienda agetur, ut singularem meritis debitâ circumspetione libratim eos eligamus, quos ad majorem Dei gloriam, & Ecclesiæ utilitatem in Domino expedire censuerimus.

¶. 8. Quoniam autem, ut Nobis quoque innotuit, multis ex Academicis prædictis antehac Censoris Academæ hujusmodi munus delatum fuit, Volumus quod præter eos, qui jam Censoris gradum obtinuerunt, nemini posterius hoc munus deferatur, nisi illis Academicis, qui exacto laudabiliter sexennio, & sex peractis publicis disputationibus juxta præfata Academæ Constitutiones, nomen, & officium Censoris dictæ Academæ Theologicae sibi promeruerint.

¶. 9. Cæterùm cum idem Clemens Prædecessor memoratos Cardinales dictæ Academæ Protectores, & Defensores constituerit, ac deputaverit, quibus fel. rec. Innocentius Papa XIII. Prædecessor etiam Noster Dilectum Filium nostrum Bernardum Mariam tit. S. Bernardi ad Thermas ejusdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Comitibus nuncupatum addidit, ac nonnulli ex illis ab humanis decesserint, Nos ipsos Cardinales Protectores, & Defensores Academæ prædictæ sic Deputatos, ac de præsenti existentes, auctoritate præfata confirmantes, in locum defunctorum Venerabilem Fratrem Nostrum Fabritium Episcopum Ostien. & Veltinern. Paulum Sacri Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Collegii Decanum, ac Dilectum Filium Nostrum Ludovicum tituli S. Silvestri in Capite, ipsius S. R. E. Card. Picum respectivè nuncupatos, auctoritate præfata subrogamus, ac in Protectores, & Defensores hujusmodi pariter constituimus, & depatum.

¶. 10. Decernentes quoque eadem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integras effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, aliosque quilibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis alter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

¶. 11. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præmissis Clementis Prædecessoris Litteris concessi sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 6. Maii 1726. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

F. Card. Oliverius.

Deregatio
contraria.

CONSTITUTIO

XII.

Per quam confirmatur Erectio Conservatorii pauperum Puellarum Oppidi de Guimarens Bracharen. Diœcesis in Monasterium Ordinis B. V. MARIAE de Monte Carmelo, eademque, quantum opus sit, suppleto quocumque defectu sanatur, & convalidatur; Moniales vero à Jurisdictione Archiepiscopi, & Parochi perpetuo liberantur, & Superioribus Fratrum disti Ordinis immediate subjiciuntur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium
à foeyendo &
confirmando
pauperum
Puellarum
Monasterio.

Sacrosanctæ Militantis Ecclesiæ Gubernacula ex Summi Sacerdotii cathedra Nobis, meritis licet imparibus demandata tenentes, ad ea per quæ pauperes Puellæ olim sub aliquali vivendi Regula in communī Domo Conservatorii viventes, tandem spretis hujus infelcis seculi illebris, tanquam prudentes Virgines accensis lampadibus obviam ituræ Sponso Iesu, eadem Domo in Monasterium erecta, assumptoque Regulari habitu perpetuum Altissimo famulatum impendere, aeternamque beatitudinem consecrati valeant, ac exinde honoris flores, & honestatis fructus, Regularisque Vita propagatio deveniant, propensis studiis intendimus, & ne in posterum de hujusmodi erectionis validitate hastari contingat, sed litium anfractibus, & dissidiis super hoc habitus hucusque finis perpetuè imponatur, ac persona in ea degentes Divinis laudibus ea, quæ pars est mentis puritate, & cordis sinceritate liberius insistant, erectionem Monasterii hujusmodi Apostolicæ confirmationis munimine roborantes, Pastoralis Officii nostri partes favorabiliter interponimus, prout personarum hujusmodi locorum & temporum qualitatibus matura consideratione pen-